

pendio. fol. 213. quam etiam refert Frater Emanuel in Explicatione Cruciate fol. 193. & To. 1. qq. regul. q. 55. art. 1. Clemens igitur. 7. Motu proprio, & ex certa sciētia omnia & singula priuilegia, immunitates exemptiones, indulgentias, peccatorum remissiones & gratias, ac omnia & singula indulta Ordini Fratrum Minorum regularis Observantię, & Sanctę Clarę, ac Tertio de Penitentia nuncupato Ordinibus, illorumq; Fratribus, Monialibus, Sororibus, vtriusq; sexus personis, ac Monasterijs, Domibus, Ecclesijs, & locis quibuscunq; etiā per modum extēnsionis, seu communicationis, & alias quomodolibet per quoscunque Romanos Pontifices predecessores suos, ac per ipsum, & Sedem Apostolicam concessa, auctoritate Apostolica approbavit, & innovavit, ac perpetuę firmitatis robur obtinere, & inuiolabiliter obseruari debere decreuit. Ipsosque Fratres Moniales, Sorores, personas, Monasteria, Domos, Ecclesias, & alia loca huiusmodi omnibus & singulis priuilegijs, immunitatibus, exemptionibus, concessionibus, indultis, indulgētijs, peccatorū remissionibus, & gratiis quibusuis cōgregationibus dictorum Ordinum quomodolibet concessis & concedendis

S i

2

nec